





VII, 24.

2.608<sup>a</sup>



16  
DE  
SINGVLARI MODO COERCENDI CIVES MO-  
ROSOS PER OBSTAGIVM VEL ARESTVM  
PERSONALE,

QVOD VVLGO NOMINARE SOLEMVS

Den Bürgerlichen Gehorsam,

ET

EIVS QUALITATE,

DISSERIT,

SIMVLQVE

HVNC MODVM HAVD INIQVVM, MAXIME  
CONTRA PRISCIS GERMANORVM MORIBVS  
CONVENIENTEM, EX EORVMQVE IVRE  
DEDVCENDVM ESSE,

PATRI IVRIS ILLUSTRANDI GRATIA,  
BREVITER DEMONSTRARE

CONATVR

IOANNES FRIDERICVS MVLDERER,  
SYNDIC. FRANCOVVS.

---

COMMENTATIO PRIOR.

---

FRANCOVSAE, LITTERIS KEILIANIS,

1753.

8<sup>a</sup>



SINGULARI MODO COERCENDI CIVIS NO-  
ROSOS PER OBSTACULA VEL ARBITRIUM  
PERSONALE.

Quod Vico nominatim solent

Benignus & moderatus

ET  
FIVS OVALITATE

DEBIT

STIMULI

LIVIS MOBVM HAVD INOVVM, MAXIME  
CONTRA PRINCIPES SEV ANOVM NOBVS  
GOVERNMENTVM PER OBSTACULA

PROBANDVM ESSE

PATRIS VIVS HENRICHVS NOB GRATIA  
BREVIUS DEMONSTRARE

CONTRA

IOANNES FRIEDERICVS WITDENNER  
Sindicus Lipsiensis

COMPARANDA SONT

FRANCISCVS, M. P. K. K. K.

1758





MEMORIAE  
NATALITIAE LV CIS  
PERILLVSTRIS  
ATQVE  
EXCELLENTISSIMI  
DOMINI  
ANTONII FRIDERICI  
DE BEVLWIZ,  
DYNASTAE ROTLEBIAE, EICHICHT, LOEMAE,  
MVNSCHWIZ REL.  
SERENISS. PRINCIPIS SCHWARZBURG.  
RVDOLSTAD. A CONSILII INTIMIS CANCEL-  
LARIIS SPLENDIDISSIMI, PRAESIDIS AC DIRECTORIS  
CONSILIORVM PVBLICORVM GRAVISSIMI, ITEMQVE  
HERINGENSIS AC STRAVSBERGENSIS DIOECETAE  
MVLTO SPECTABILIS CET.  
MECOENATIS PIE COLENDI,  
AD D. XXIX. IANVAR. MDCCLIII.  
LAETE REDEVNTIS,  
MEDITATIONES HASCE VOVIT,  
SACRAVIT,  
DEVOTVS CLIENS  
AVTOR  
IOANNES FRIDERICVS MVLDENER.



MEMORIAE  
NATALITIAE LVCIS  
PERILLVSTRIS  
AVGVSTI  
EXCELLENTISSIMI  
DOMINI  
ANTONII FRIDERICI  
DE BEVLWIZ  
DYNASTAE ROTLEBIAE, RICHCHT, LOEMAE  
MANSCHWITZ, etc.  
SERENISS. PRINCIPIS SCHWARZBURG.  
RVDOSTAD A CONSILII INTIMIS CANCEL-  
LARI SPLENDIDISSIMI, PRAEFICIS AC DIRECTORIS  
CONSILIORVM PVBLLICORVM GRAVISSIMI, ITINORVM  
HERINGENSIS AC STRAßBURGENSIS DISCRETAR.  
MVLTIS SPICATISS. etc.  
MECOENATIIS PVE COLENDI,  
AD D. XXX. JANVAR. MDCCLIII.  
LAETE REDDENTIS  
MEDITATIONES HASCE VOVI,  
MAGISTR.  
DEBYVVS. CLIENTS  
AVGVSTI  
IOANNES FRIDERICVS MVLDERER





§. 1.



ingularis ab antiquo ratio apud nos obtinuit, in coercendis ciuibus, debitoribus praecipue morosis, per obstagium, pignus uel arrestum personale, quod appellare vulgo solemus *den Bürgerlichen Gehorsam*. Obtinere hic modus in causis debiti liquidis cumprimis, ita quidem, ut debitor confessus, uel conuictus, nisi intra sex septimanas, *binnen dreywabl 14. Tagen*, soluerit, aut iudicato plene satisfecerit, actore petente, sine praecedente executione, in mobilia uel immobilia, statim in arrestum detrudatur, ex quo, sub amittendi iuris ciuitatis poena, non aufugere licet. Si uero, post decem dies, nondum soluerit, tunc demum executione proceditur in bona debitoris: quo facto tamen arresto non liberatur, sed eo tam diu adhuc detinetur, usque dum per fideiussores satis idoneos liberatus fuerit.

A 3

§. 2.



§. 2.

Antiquissimis iam temporibus, arrestum hocce ciuium personale, quod saepe quoque uocari solet *das Inlager*, receptum fuisse, constat: quippe quod abunde docent Statuta ciuitatis nostrae, ao. 1534. publicata, in articulo tertio libri quarti: *Welcher Bürger oder Bürgers Son in Gehorsam gebotten, vnnnd nicht darein gehet, sondern vntberhin, der sal nicht in der Stadt Inwendigk einem Iare geleitbet, vnd wan er widder hinnein wil, sal er dem Rathe zuuorn zweene gülden Busse schbigken, vnnnd virzeben Tage aufm Thore Gehorsam halten.*

§. 3.

Pleniorem huius exequendi modi descriptionem habemus in Statutis ao. 1558. exaratis, libro quidem primo, art: 42. sub titulo: *Von Hülfe des Raths vber bekentliche Schuld der Bürger:*

*Der Rath sol den Bürgern vnd einwhonern albier zu Franckenhausen In schuldsachen, die bekentlich, ader beweislich seind, zu der Bezablunge drei viertzeben tage geben, Darnach den seümigen in Gehorsam legen, bis das ebr bezable, oder sonst dem gleübiger genungk zhuue, blicke ebr aber in geborsam, vber zeben tage liegen, vnd bette zu bezahlen, so sol die hülfse wieder des schuldeners guethere wircklich geschehen, wie bisihero der Brauch gewesen, vnd der schuldenere gleichwol den geborsam halten, bis er sich ausborgen lasse. Et art. 8. Lib. 4. de arresto ciuium personali haec sancita legimus:*

*Des Raths Geborsam nicht zuvorachten.*

*Ab der Rath einen Bürger ader Einwhoner In gehorsam gebotte, ader fordern liesse, In dem sol sich niemandt wiedersezigk machen, sondern denn geborsam halten, bis er dessenn durch Burgschafft ader sonst mit wissen der Raths entlediget, Helt er den geborsam nicht, ader gehet daraus ader darunter hin, obne erleubnus des Raths, so vorleüßt ebr sein Burger Recht, wil er das widder haben, so soll ers keüffenn, vnd dem Rathe zwene gülden zur straff erlegenn, Auch ein Jhar die Stadt meiden*



meiden, ader sich mit dem Rathe hierumb sonderlich vortragen. Ex originali nostro membranaceo haec sunt deprompta.

§. 4.

Civis itaque bonus, magistratus iurisdictioni subiectus, praeceptum de subeundo aresto personali temere haud negligere solet; alias enim non multam pecuniariam solum incurrit, sed & priuatur iure ciuitatis, atque per annum urbem intrare prohibetur. Impune tamen aufugere licet tempore incendiorum calamitoso, uel existente publico tumultu, ita quidem, ut, illis extinctis, & hoc sedato, sub comminatione prioris poenae, statim in locum assignatum redire debeat: de quo casu disponit articulus octauus libri quarti: *Wann ein Mann aus dem Gehorsam geben mag.* Quibus casibus merito pestilentiam, inundationes & barbarorum irruptiones accensemus. Non uero ciues masculi solum, sed & eorum uxores, aliaeque personae foemininae, huic exequendi modo sunt obnoxiae, prout uariis exemplis facile demonstrare possem. Ita enim decretum legi *Mitwochs nach Dionysii 1550.* in causa *Winzers contra die Friesmannin*, nec non in causa contra *Caspar K.* - - *Rel. d. 19. Mai. 1649.* &c. licet haud negauerim, mulieres, iuxta statuta nostra, propter periculum pudicitiae forte, aresto domi potius detineri debere, per art. 16. Lib. IV. statutor. de anno 1534. *Freuel ein Weip ader Magd - - die tregt balbe Buesse - - und heldet einlager in ihrer Behausung*, quod itidem uerbis repetitum legimus in art. 70. Lib. IV. statutorum nouissimorum de ao. 1558. *Freuel ein Weib oder Magd &c. die trägt balbe Busse, und hält einlager in ihrer Behausung.* Et hoc modo iudicatum memini in causa *Kmr. Just Erfurths* contra *B. Stabls* *Rel. d. 15. Mart. 1649.* Ex eo uero, quod arestum hocce personale domesticum uocatur hic *das Einlager*, uel, quod idem est, *obstagium*, facile quoque liquet, cur interdum exceptae sint mulieres à summo detentionis huius rigore. Nam iure ciuili foeminae se non possunt obligare ad carceres, cum qua obligatione obstagia affinitatem habent,



bent. Potgiefer. in comment. de obftagio & pignore perfon. p. m. 294. Quod tamen non adeo extendendum cenfeo, ut mulier plane ab incarceratione fit exempta & immunis. Quodfi enim locus, pergit laudatus Potgieferus c. l. in quem condicitur foemina, caftitati muliebri conueniat, ac ea ratione nullum pudicitiae periculum metuendum fit, nullus dubito, quin illa propter debita propria fe ad obftagium obligare (& hinc quoque apud nos in areftum personale, quod nunc uocatur *der Gehorfam*, detru-di) poffit, quia ratio prohibitionis tunc ceffat, nec exceptioni SCti Velleiani locus effe poteft. Quod eo minus dubii habebit in Saxonia, ubi per Conftitutionem Electoralem obligatio mulieris ad carceres probatur, teftante Carpzouio P. II. C. XXI. D. IX.

§. 5.

Non uero foli debitores morofi hac detentione personali afficiuntur, fed & alii ciues, dicto magiftratus non audientes. Pro qualitate perfonarum tamen, & flagitiorum genere, mutatur locus arefti (a) arbitrante quidem & ftatuente magiftratu, *Er muß In-inger halten, wobin er vom Rath g. weifet wird*, per art. I. L. 4. ftatut. 1558. Alii quidem in carceres coniciuntur publicos, *in des Raths Gefängniß, oder in EE. Raths Zucht und hafte, fie müßen in Keller büßen, hodie uero in der rothen Thür oder in der fogenannten Scholle.* (b) Alii, honeftiores quidem, portarum hypocaustis recluduntur,

- (a) cf. art. X. L. IV. ftatutor. de ao. 1534. *Wer freuelich ein zotergefchrey machet, der oder die giebet zwo Margk Bues vnd heldet drei tage Gehorfam auf dem Thore, oder in feinem hause, nach Gelegenheit der Perfon.*
- (b) Quod magis patebit ex literis, ad Magiftratum noftrom 1512. datis, in appendice documentor. sub num. 1. cf. art. 21. L. 4. Stat. 1558. *Ein Gottesläfterer - - foll 4. Wochen in Gefängniß fitzen, mit Wasser und Brod gefpeifet werden. art. 39. ej. Libri 3. tage in Gefängniß fitzen. art. 65. ej. Libri, biß daß er zu Gefängniß gebracht. art. 82. ej. Libri in halßeifen am Rathhause ftehen oder eine zeitlang in Gefängniß fitzen &c.*



duntur, Sie müssen auf den Thoren Gehorsam halten. (c) Alii, prout hodie saepe fieri solet, in curia morari tenentur, sie müssen in dem Rathhause Gehorsam halten, quod & olim ipsis senatoribus, in reddenda ratione tardioribus, contingere solebat, ex dispositione articuli 60. L. I. statutor. 1558. in uerbis: *Vnd do der Rath in Einbringung der Stadtschulden - - nachlässig befunden, sollen sie in dem Rathhause uff ihre eigene Zehrung ohne der Stadt Kosten, einlager und gehorsam halten &c.* Alii uero, maioris numeri, ciues, domi se continere cogebantur, sub comminatione poenae, in statutis praescriptae, *Sie müssen in ihrer Behausung Inlager und Gehorsam halten*; alii contra, uillioris conditionis, ciues, publicis traduntur famulis, sie werden bey die Rathsdienner in Gehorsam geleget, licet hic, ob uinculum internum, nullo sit opus externo custode.

§. 6.

Quondam ciues nostri, quod paulo remissiores & audaciores fuere, semper fere post dimissionem ex aresto personali hocce ciuili, uel carcere, datis insuper fideiussoribus, praestare tenebantur urphedam, seu iuramentum de non ulciscendo corporale, prout integer codex indicat manuscriptus, in tabulario magistratus ad hunc usque diem seruatus, ex quo tamen simul apparet, eos plerumque ciues ad praestationem huius iuramenti obstrictos fuisse, qui in carcere ciuitatis publico reclusi fuerant, *die in der Stadt Gefängnis, Zucht und Haft, Gehorsam halten müssen.* (d) Quod uero ciues tantum, huic aresto personali, strictissime dicto der bürgerliche Gehorsam, sunt obnoxii, & singularis iste coercendi modus

B ad

- (c) cf. art. 2. L. 4. statutor. 1558. *helt 20. Tage Inlager auf dem Thore.* art. 22. ej. Lib. *liegt ein tagk auf dem Thore.* art. 58. ej. Lib. *setzet 14. Tage auf dem Thore.* art. 58. ej. Lib. *liege 14. Tage auf dem Thore &c.*
- (d) Formulam urphedae ante ducentos, & quod excurrit, annos, conceptaem, uide in appendice documentorum sub num. II.



ad iurisdictionem, soli magistratui nostro competentem, referri debet, clarum etiam est atque expeditum, eo modo contra rusticos non posse procedi, licet in statutorum nostrorum praefatione legatur, eandem esse debere vim obligandi & effectum statutorum, in pagis ad Praefecturam Francohusanam pertinentibus, ac in ipsa ciuitate.

§. 7.

Nisi creditor ipse, intempestiua misericordia forte commotus, suo iuri renunciare uelit, debitor, personali aresto nostro detentus, propriis sumptibus, in eo permanere tenetur, nec creditor, propriis magistratus, ad eos subministrandos, alimentariae porrigenda, iure potest obligari, nisi forte tam egenus & pauper sit debitor, ut plane non habeat, unde uiuat. Multos quidem, in contrarias partes abire, memini, statuentes, quod creditor omnino ad debitorem arestatum sustentandum sit adigendus, & quod alias debitor impune aufugere possit, argumento à ratione iuris cambialis desumpto, quod tamen tanti ponderis non esse iudicamus, ut ad eorum castra transeamus; Obstat enim 1) indubitata, tam prifcorum, quam recentiorum annorum, praxis. (e) Deinde 2) lex ipsa arestum hocce personale simpliciter iubet, nec ullius alimentorum subministrationis mentionem facit, quod 3) à creditore eo minus exigi potest, quo certius est, debitorem iussu & autoritate magistratus in arestum detrudi, ad quod 4) se ipse tacite, in casum non secutae solutionis, obligauit, prout infra fusius docebo. Quibus omnibus tandem accedit, quod 5) arestum nostrum civile, *der Bürgerliche Gehorsam*, magnam affinitatem habeat cum obftagio, quondam per totam Germaniam usitato. Cum uero in obftagio

(e) Ita iudicatum scio in causa *J. B. Schaefers* contra *Johann Heinrich Beyern*, ubi posterior quidem, ob alimenta denegata, ad Illustre Regimen prouocauerat, atq, reiectam quoque fuisse frivolum hanc appellacionem, testantur acta, quod & contigit in causa S. T. contra J. qui eodem modo, quo prior, repulsam tulit.



statio detentus, proprio sumtu & periculo, *auf eigene Kost und Ebentheur*, hospitium quoddam intrare, in eoque non solum remorari deberet, sed etiam ad hospites, laute recipiendos, desuper obligatus esset, recte quoque hinc sentire uidemur, quod & ciues nostri arestati, *die in burgerlichen Gehorsam liegen*, à creditoribus suis, nullos sumtus, nullaque alimenta, iure efflagitare possint: quod eo magis dubio caret, cum 6) legislator in articulo itatutorum, paulo ante nominato, claris uerbis disponit, quod senatores, in colligendis oneribus, paulo negligentiores, arestum uel obstagium in curia subire debeant, proprio sumtu, & sine ullo ciuitatis detrimento, *uff ihre eigene Zebrung, ohne der Stadt Kosten, Einlager und Gehorsam halten*. Si uero senatores ipsi tam tristia fata, propriis expensis, sustinere coguntur, cur meliora sperabunt ciues? Cum itaque noster exequendi modus, ex cano Germanorum iure, plane sit deriuandus, isti quoque ius cambiale nulla ratione repugnare uidemus, quippe quod ab aliis peregrinis gentibus mutuati sunt nostri Germani, à quo, cum singulare plane sit institutum, ad nostrum patrium, antiquius multo & indigenum, nulla ualet consequentia.

§. 8.

Multi, praeter eos, dantur & fuere, qui, hanc exequendi rationem, uel nimis duram, uel contra iuris ordinem introductam, uel inutilem quoque, satis audacter, affirmare non dubitarunt: quorum opinionibus tamen ut accedam, nulla ratione moueri possum, certe persuasus, nec iniquitatis quicquam, nec inutilitatis, huic exequendi rationi, licet singulari, inesse, quod paucis nunc demonstrare conabor.

§. 9.

Praepostere, nec non contra iuris ordinem, nostrum exequendi modum, introductum esse, uociferantur multi, putantes, quod condemnatus pro pecuniario debito non debeat incarcerari,



sed quod ejus bona prius executiunda ueniant. Prouocant ad L. 15. ff. de re iudic. à Diuo Pio &c. atque ad commentatorum grauissimorum fortem inuictamque cohortem, quos ideo recensere superfedeo, quod modus, in executione, iure Romano, seruandus, ad res pertinet notissimas praxinque quotidianam. At uociferentur hi diu! Triumphum canant ante uictoriam! Quid impedit? Per me facile licet! Salua res est; nam hi tantum halucinabuntur, & hi erunt fere, qui, nimio iuris Quiritum amore, & barbaro contra Germanorum odio, effascinati, nihil rectum, nihil aequum iustumue iudicare solent, nisi, quod Romam redolet, eiusque iuribus maxime conuenire uident, immemores regulae uulgatae, quod in iudicando semper prius inspicienda sint & considerata ueniant locorum iura consuetudinesque, nec non leges prouinciarum speciales, & quod, his demum deficientibus, aliisque iuribus patriis, ad ius Romanum sit ascendendum, cum hoc, saluis patriae consuetudinibus, & in subsidium tantum, receptum esse in aprico est, neminemque facile latet, qui Themidis sacra, uel leui tantum pede, quondam intrauit. Cum uero paulo post demonstrabo, quod noster exequendi modus, quo executionis initium fit à persona debitoris, ex priscis Germanorum sese obligandi modis, unice fit deducendus, unusquisque facile quoque perspiciet, contra iuris ordinem hunc modum non receptum esse, quamuis à tramite, iure Romano, in exequendo, praescripto, multum recedere, totoque coelo differre, facile concedam.

§. 10.

Probabiliores forsitan contradicendi causam habent isti, qui, nostram exequendi rationem, Ordinationi Processus Schwarzburgicae, repugnare, eamque per nouiorem hanc legem sublatam esse, obiciunt; siquidem ordinatio dicta disertis imperat uerbis (f) ut executio

(f) P. IV. Tom. VI. §. 7. *so soll alsdann zuerst zu der fahrenden habe &c.*



executio ante omnia fieri debeat in debitoris bona mobilla, ejusque, si haec non sufficiant, immobilia (g) adeo quidem, ut, plane deficiente executionis objecto, tunc demum debitor, per totum excussus, & qui bona sua dilapidavit, incarcerationi & tam diu detineri debeat, usque dum creditori de solutione futura satis idonee cauerit, taliq; modo se à squalore carceris liberauerit (h) quod & in aliis debitoribus, licet decoctores bonorum suorum haud fuerint, locum habere uidetur per expressa uerba Ordinatio. dictae P. IV. T. XI. §. 21. ui cuius debitor excussus uel creditori ad manus adiudicari, uel in carcerem, tolerabilem quidem, ad solutionem usque, detrudi debet: *Wenn aber ein Schuldner gützlich ausgeklaget ware, und weiter nichts in Vermögen hatte, woher die Bezahlung zu nehmen sey, so soll der Debitor entweder dem Glaubiger, welchem diesfalls die Election zu lassen, durch tägliche Handarbeit die Schuld abzuverdienen an die Hand gegeben, oder aber selbige abzuzutzen, in ein erleidlich Gefängniß geleget werden.* Extra omnem itaque dubitationis aleam positum esse uidemus, quod, iuxta Processus Ordinationem, à persona debitoris executionis initium fieri nequeat, quod tamen per nostra Statuta non tantum licet, sed & sancte iussum est & mandatum. Ast nec haec obiectio, licet satis speciosa uideatur, eo me deducit, ut, nostrum exequendi modum, iuris ordinis aduersari, credam. Quilibet enim, (ut alia sat grauia nunc praeteream argumenta) lubentissime concedet, quod haec nouissima lex ad ciues, magistratus iurisdictioni subiectos, eo minus, hac in parte, possit extendi aut debeat, quo apertius est, quod singularis noster coercendi modus ad singularia magistratus nostri priuilegia honorifica sine ullo dubio sit referendus, & quod denique specialissima & maxime singularis hic existat consuetudo, de qua iuste pronuncia-

(g) §. II. *Wenn aber &c. so soll die Execution in ein solches Stuck geschehen &c.*

(h) §. 23. *da auch ein Schuldner &c. soll derselbe nach vorhergehender Excussion in ein erleidlich Gefängniß gesetzet &c.*



nunciare ualemus, quod legi deroget generali, cum per legem generalem, licet posteriorem, specialis lex anterior non abrogatur, nec contraria lege, postmodum lata, tolli potest consuetudo, nisi fiat expressa mentio, quod consuetudo debeat esse sublata. Trita sunt haec & usitata iuris praecepta, quae nulla indigent probatione, & eo ueriora sunt habenda, quo magis quotidiana nos in curia docet praxis, quod specialis nostra consuetudo minime fuerit abrogata, sed, ad hunc usque diem, in uiridi sit obseruantia.

§. II.

Durae iniquitatis porro nota singularis nostra consuetudo ideo nequit adspergi, quod eam 1) ipsi ciues unanimi consensu ab antiquissimo tempore introduxerunt (i) 2) quod istam summus legislator deinde clementissime confirmauit, 3) denique, quod terminum solutionis satis longum in se continet, debitorque cuius 4) eo minus, se nimis aspere tractari, iure conqueri potest, quo certius est, unumquemque ciuem, magistratus iurisdictioni subordinatum, in contrahendo mutuo, tacite polliceri, quod, nisi tempore statuto soluerit, arestum intrare uelit, *dass er in Bürgerlichen Gehorsam geben, und, bis zur Bezahlung, Einlager halten wolle,* quod eo minus negandum, cum neminem fugit, quod quilibet recipiendus ciuis iurato & manu stipulata promittere teneatur, se fidelem atque obedientem semper fore sub imperio magistratus, seque sancte & inuiolabiliter seruaturum, quae iubent & mandant Statuta ceteraque iustissimi Principis edicta: *Er muß schwören, den Statuten unterwürfig zu seyn, und, was die ordnen und gebieten, und verbieten, zu thun und zu lassen, mit Vorsatz und wissentlich darwieder nicht zu handeln.* Ex quo simul apparet, quod ciuis, quem magistratus, iustis ex causis, in arestum abire iubet, *wenn ihn der Rath*

(i) vide primordium statutorum nostrorum: *samt den Eltesten der Gemeinde &c.*



Rath in Gehorsam weiset, conscientiae lege, ad obediendum sit obligatus, & quod in casum renitentiae, attentatae & peractae fugae, pro periuro merito reputari debeat, summoque iure ciuitate priuetur, atque ex muris nostris expellatur & foras eliminetur. (k) Habes hic, B. L. cur statuam, quod nihil iniqui contineat modus noster coercendi ciues, cui forsitan addere possis, quod alioquin iniquissimum & durissimum foret ius cambiiale, & quod plures gentes acerbitatis & iniquitatis hac in re subaccusare deberemus. (l) In Bohemiae & Morauiae Ciuitatibus eundem compescendi modum florere memini, adeo, ut debitor, si post tres terminos, quorum primus quatuordecim dies, alter uero tres, & ultimus unicum tantum comprehendit diem, solutionem nondum praestiterit, in termino quarto confestim in carcerem coniciatur, vide das Vollständige Stadtrecht in Erbkönigreich Böhmen und Marggraffthum Mähren p. 152. c. XXII. die Execution des Rechts über eine iede durch Rechte erlangte Gerechtigkeit soll nachfolgender gestalt ergehen: So derselbe, über welchen die rechtliche Erkenntnis ergangen, in der Frist, wie in Rechten ausgemessen, das ist, zum ersten in 14. Tagen, zum andernmale in dreyen Tagen, nächstfolgend zum drittenmal bis zum Niedergang der Sonnen, wenn ein Befehl darauf ergangen, der rechtl. Erkenntnis nicht genug thut, so sol man ihn ins Gefängnis nehmen, und hiermit, das er dem Rechtsprache gnung thue, anhalten, und solcher Gefängnis soll er in andere Wege nicht lofs seyn, er wolle sich denn gegen baar Geld auf 14. Tage lofs bürgen. Incarceratus uero, nisi intra sex septimanas soluerit, creditor petit, in bona eius immitti, quod capite sequenti fancitum est & praeceptum. Idem contra debitores procedendi modus & Lubecae uiget, ubi debitor, nisi intra

(k) Ita decreuit Senatus Sabbatho post Seueri 1550. contra *Claus Beilschmidten*, der aus dem Gehorsam gegangen war und sich hernach willig in das Gefängnis gestellet hatte: ut centum alia recentiora luhens raceam. exempla.

(l) Barthius in Hod. for. p. 419. idem coercendi genus allegauit,





intra praefixum terminum soluat, ante occasum solis aut fideiuf-  
fores debet offerre, aut ipse reus detinetur, *bezabit er alsdann  
nicht, so muss er bey Sonnenschein Bürgen stellen, oder selbst Bürge  
werden*, quæ ultima phrasis secundum ius Lubecense significat  
in carcerationem debitoris, donec debitum exsoluat. *Marius ad  
Ius Lubecense L. III. T. I. Art. 1. n. 61.*

Satis nunc de qualitate nostri coercendi modi. Reliqua  
differre lubet ad commentationem posteriorem, ubi, si deo pla-  
cuerit, de origine huius arefii, multa, lectu iucunda, ex antiquita-  
te cana, proferre iuuabit.

\* \* \* \* \*

### Appendix.

Documentorum, antecedentia plenius  
illustrantium.

Num. I.

*Heinrich graue zu Schwartzburg, Herre zu Arn-  
stet vnd Sundershuysen.*

*Vnsern Grus zuuor, Ersamen vnd vweyssen lieben ge-  
trewen, Wir befinden aus vnfers Rentmeisters vnd  
lieben getrawen Heinrich Luterodes Rechnung vnd  
Bericht, das vns Jerlich viel vnkost vnd schadens  
aus verzcoglicher Bezcalung ewers geschoffs - -  
bisher*



bisher entstanden vnd zugewandt ist, welchs vns also zu gedulden ganz vnleidlich - - das nun zuuor kommen, begern Wir mit ernst, Ir wollet allen vnsern vnd ewrn verwanten zu Franckenhaußen ernstlich sagen, fürhalten vnd von vnserwegen gebieten - - wo aber ymants daran seümic funden, das derselbe von stundt von vch dem Rathe In gehorsam gelegt, vnd daraus nicht eher, er habe dan solches bezcalt, (erlassen) würde auch ymants den gehorsam verachten ader mutwilliger Weys vber drey tage in Gehorsam ligen, denselben mit ewer Stat Zcuht straffen ader vns denselbigen angeben - - In dem tut Jr &c. Dat. mitwochs nach Oium Sctorum Anno Dn. &c. XII.

An den Rath zu Franckenhausßen.

Num. II.

Formula urphedae, ante ducentos annos, & quod excurrit, concepta.


Du solt schweren und geloben, diffes dein erliden Gefengnis an dem Wolgebornen vnd Edeln Herrn (inferebarur nomen Illustriff. Comit. Schwarzburg.) vnserm gnedigen hern, dem Rathe, vnd gemeiner Stadt auch jedermennlichen, so deshalb

C

ben



ben verdacht, Rath vnd That darzu gegeben, weder mit Worten noch mit Wercken nicht selbst zu rechnen, ader in vnguten zu gedencken, auch solches bei andern zu geschehen nicht verschaffen noch gestatten, vnd dissen geschwornen vrpreden stet vnd fest halten wollest, bei Straffe Friedebrechers Rechten, treülich und ohne geuerde. Du wollest angeloben vnd nach dem gelöbnis zavenne Finger aufrichten vnd nach sprechen: Was ich &c. als mir Gott helfe.





Pon <sup>24</sup> 16. 80. 8

ULB Halle  
002 710 218

3



S. 6.

ME











16

DE  
SINGVLARI MODO COERCENDI CIVES MO-  
ROSOS PER OBSTAGIVM VEL ARESTVM  
PERSONALE,

QVOD VVLGO NOMINARE SOLEMVS

Den Bürgerlichen Gehorsam,

ET  
EIVS QUALITATE,

DISSERIT,

SIMVLQVE

HVNC MODVM HAVD INIQVVM, MAXIME  
CONTRA PRISCIS GERMANORVM MORIBVS  
CONVENIENTEM, EX EORVMQVE IURE  
DEDVCENDVM ESSE,

PATRII IVRIS ILLUSTRANDI GRATIA,  
BREVITER DEMONSTRARE

CONATVR

IOANNES FRIDERICVS MVLDERER,  
SYNDIC. FRANCOHVS.

COMMENTATIO PRIOR.

FRANCOHVSÆ, LITTERIS KEILIANIS,

1753.

8<sup>a</sup>

13